



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

79 Matrimonium inter raptorem, & raptam, quando sit nullum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

- quos, quod impedimentum cognationis legalis procedat, trad. idem Navar. d. c. 2. 2. nu. 45. lib. 3.
- 74 Quintò, crimen, ¶ ut si quis cognovit 78
 consanguineam ejus, quam in uxorem ducere intendit, *cap. si quis viduam, cap. qui dormierit, cap. concubuiisti, & cap. si quis cum noverca, 32. qu. 7. cap. 1. & cap. ex litteris, de eo qui cogno. consang. ux. sua.* sublatis tamen omnibus difficultatibus, quibus gradibus propter affinitatem ex fornicatione contractam, cuius nota induceretur, ¶ tenendum est inter eos tantum, qui in primo, & secundo gradu conjugantur, affinitatem restringi, ita quod matrimonium in ulterioribus gradibus contractum non dirimitur, *cap. 4. de reform. matrim. sess. 24.* imò contrahi potest. Pius V. in Bull. d. c. 24. § Pius Episcopus, il. 2. vers.
- 76 ¶ præterea, ¶ aut, si aliquam per adulterium polluerit, & fidem dederit, post mortem uxoris de eam secundò in uxorem ducendo ut c. *fin. de eo, qui duxit, quam pol. per adult. vel, si quis machinatus sit in mortem mulieris, ut aliam, quam vivente prima carnaliter cognoverat, in conjugem haberet, c. laudabilem, de convers. infidel. c. super hoc. & c. significasti, de eo qui dux. in matr. quam pol. per adul.*
- 77 Sextò, & cultus disparitas, si unus sit iudeus, vel paganus, & alter Christianus, *l. ne quis, C. de jud. c. cave. 28. quest. 1. & gloss. 2. in cap. super litteris de accus. & cum matrimonium sit unum ex septem sacramentis à Christo domino institutum, cap. ad abolendam, de heret. & conc. Trid. cap. 1. de sacr. matrim. ead. sess. 24.* infideles sunt incapaces sacramenti matrimonij, & omnium aliorum sacramentorum, quæ recipere nemo potest, nisi fuerit baptizatus, cum sacramentum baptismatis sit ianua omnium sacramentorum, *gloss. 2. in d. c. cave. 28. qu. 1.*
- 78 Septimò, ¶ vis, vel metus, in constantem cadens virum, impedit matrimonium, quod debet esse liberum, *cap. requisivit, & ibi Abb. numer. 2. de spons. cap. veniens, & cap. cum locum, & ibi Abb. nu. 2. eod. tit. & cap. significavit, de eo qui dux. in matr. quam pol. per adul.*
- 79 Unde inter raptorem, & raptam, quando raptam in potestate raptoris existit, matrimonium esse non potest, *c. fin. de rap. c. apud omnipotentem, 36. qu. 2. & c. 6. de reform. matr. d. sess. 24.*
- 80 Quinimò raptores ¶ ac illis consilium, auxilium, vel favorem præbentes, ipso jure sunt excommunicati, ac intames, & mulieres raptas arbitrio iudicis decenter dotare tenentur, *cap. eos, & cap. de puellis, 36. quast. 2. & eod. cap. 6. de reform. matr.*
- 81 Si autem dubitari contingeret, ¶ quod per vim, & metum puella contraxisset, esset separandane ab eo, qui dicit, se maritum, raperetur, priusquam constaret, an in matrimonio cum illo consensisset, *c. cum locum, de spons. & ibi Innoc. & Host. in fin. & sequelrari debet, etiam quod sponsus, à quo prætenditur raptam, probaret matrimonium, servata forma concilij, contractum, & assereret consummatum, haberetque sponsam in propria domo, quapropter prætenderet, se esse in possessione matrimonij, quia nihilominus sponsæ voluntas esset exploranda, & pro exploratione voluntatis deberet puella poni in loco libero, ubi nec ratione dominij, in quo ipsam morari contingat, nec alia ratione metum, aut violentiam timere posset, c. cum locum, & ibi*